Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

dulce mi

Omnia poma noua et uetera seruaui t(ibi)
i(d est) precepta uel promissa ueteris testamenti et
noui seruaui tibi o dilecte mi. Sciebat enim
omnia que in ueteri testamento continentur
s(unt) non nisi per christum et in christo posse compleri
idcirco dicebat. Tibi seruaui poma no
ua et uetera. hoc est de christo ut per te im
pleantur in nouo testamento que pre
dicta sunt in ueteri. unde et in pane sua
iam pendens in cruce cum gustasset ac
cetum dixit. Consummatum est. et post re
surrectionem apostolis necesse est impleri
omnia que scripta sunt in lege et prophetis
et psalmis de me. Possunt etiam
poma noua et uetera iustorum personę
intelligi quorum uel in ueteri uel in nouo
testamento fuerunt. Dicit ergo ecclesia ser
uaui tibi noua et uetera. uel iustos qui
uel in ueteri testamento precesserunt uel in
nouo subsecuti sunt tibi seruaui. ut pro labo
rum suorum premia perciperent. Nullus
enim iustorum regnum celorum intrare ua
luit nisi per christum. qui primus ipse ascen
dit et sequentibus membris suis ea
in celum aperuit. Quis michi det te
fratrem meum sugentem ubera matris mee
ex his uerbis intellegitur hoc totum carmen
diuinum esse et spiritale et nichil in se
habet quod iuxta literam possit intel
ligi. Que enim numquam amans opta
uit. ut is quem diligit paruulus
efficiatur eius frater et infantem no(n) uero
sugat ubera matris. Ergo uox ecclesie
illius que aduentum christi precessit quam
synagogam uel congregationem ap

pellamus. Quis michi det te fratrem
meum sugentem ubera matris mee. Quia
ipse se fratrem nostrum uocare digna
tus est dicens per psalmistam. Narrabo
nomen tuum fratribus meis. Sugentem
ubera matris mee michi. hoc est implentem
omnia que humane nature conueniunt
excepto peccato. Matrem nostram synagoga
exorta est. Sugentem michi ubera matris
mee uel sustinentem omnia que huma
ne fragilitati competunt. Ut inue
niam te foris. hoc est ut hominem factum in
aperto uideam. quasi enim intus erat
deus cum iam in sinu maiestatis pa
ne latet. nam foris inuentus est. quando homo
factus. uisibilem se hominibus prebuit. in compre
hensibilis comprehendi uoluit. Et de
osculer. Et deosculer uel incorporatum te uel
manifesta uisione respiciam te
quem nunc tantum fidei osculo teneo. hoc
est osculum quod in initio huius carminis li
optabat dicens. Osculetur me osculo
oris sui. i(d est) per semetipsum iam ueniat et
uisibiliter appareat. Quasi enim per prophetas os
culabatur eciam dilectus cum aduentum
suum repromitteret. Optat ergo ut per se ip
sum ueniens illam osculetur. hoc est ut in
sua carne presentiam exhibeat. etiam iam
nemo me despiciat. Quasi despec
ta erat ante synagoga quam christus ue
niret. quia legalibus obseruationibus
dedita sub typo et figura. et non uerita
tate aduentum christi predicabat. postquam autem
christus apparuit et aduentus sui gratia
mundum illustrauit. tamen nemo de

Et est sensus tu qui modo es in sinu patris ac dei
ut homo efficiaris particeps ac consors nature mee
existens frater meus appelleris.

Margin notes:

l(ege) sic: Nam mater est ergo synagoga exorta est
per quam humana natura significatur quod synagoga est

ait

l(ege) in

studia

ca 8

l(ege) dea

ps.

uisibiles

idem

propter